

Ann. I.

Num. IV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium subnotationis annuae, *praesolvendum*, in Italia est Libel. 10;
ubique extra Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, VOCIS URBIS administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

RERUM INDEX

| | |
|---|---------------------|
| IULII STERBINI FILIIS JOSEPHO ALPHONSO NICOLAO | LEO XIII. |
| DE HONORIBUS RECENS HABITIS IOANNI BOSCO | A. Galli. |
| DE VITA SANCTI FRANCISCI OMNIUM ANTIQUISSIMA | F. Ramorino. |
| OPERARIORUM CAPPELLANI | D. Tamilia. |
| DE BELLO INTER Hispanos ET FOEDERATAS AMERICAE CIVITATES. | Marius. |
| IRIS PETRI MASCAGNI OPUS | Hersilus. |
| AD PUERUM IESUM | F. X. Reuss. |
| QUAENAM AD RATIONES PUTANDAS ANTIQUIS GENTIBUS VIA . | F. Tedeschini. |
| DE CHRISTI DOMINI PRAESEPE | I. Cascioli. |
| ANTHEA (<i>Eamus ad Ipsum</i>) | P. Angelini. |
| DE HOMINE ET LUPO NON SUA SPONTE EQUITANTIBUS | H. D. V. Pieralice. |
| HORAE SUBSICIVAE. — Ad Antonium Lupettium | S. Grossus. |
| Ad <i>Vocem Urbis</i> . — Epigramma | E. Mancini. |
| ANNALES | Egnatius. |
| EPISTRALARUM COMMERCIOUM | A. secretis. |
| AENIGMATA | X. |

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCVIII

RERUM ELENCHUS TERTII NUMERI

| | |
|---|---------------|
| Iulio Sterbinio – Disticha | LEO XIII. |
| Minuciana | F. RAMORINO. |
| De Hieronymo Savonarola | R. |
| Inscriptiones | S. GROSSUS. |
| De Laurentii Bernini vita et operibus | I. CASCIOLI. |
| De arte sacra proposita Augustae Taurinorum | H. LAMBIAZI. |
| Laurentius Perosi | HERSILUS. |
| Zoologicae res. – De pithecanthropo erecto | I. TUCCIMEL. |
| De infantulis sugentibus luparum ubera | P. |
| Anthea (<i>Eamus ad Ipsum</i>) | P. ANGELINI. |
| Frustula | FORFEX. |
| Horae subsciviae. – Rivulus et turtur | F. X. REUSS. |
| Ad <i>Vocem Urbis</i> . – Disticha | H. A. STRONY. |
| Annales | EGNATIUS. |
| Acta Sanctae Sedis | THOMAS. |
| Aenigmata | X. |

* VARIA *

Nova orbis aequatio.

Si quis noscere cupiat quid de aquis, quae oceano undant, et quid de terris, quae modo asperantur in montes, modo in planities tenduntur, et qua ratione inter se spatiis differant occupatis, rem brevibus aperiam, qua cuique, nullo caput terebrante numero, adamassim in comperto omnia erunt.

Argenteum cape nummum quinque libellarum pondo; hoc tibi ostendet quanta orbis terrarum superficies sit, terra constans marique. Si imponas argenteo aliud argenteum duarum libellarum pondo, haec erit tibi superficies aquarum. Argenteum unius libellae pondo exprimet Oceenum Pacificum; dimidium ponderis huius Atlanicum.

*

Quid de poetis Gladston, vir Anglus.

Eduardus Hamilton, qui diu a secretis domesticis penes Gladston fuit, huius iudicij nobis auctor est, quod in libro nuperrime memoriae consecravit.

Quum de maximis quatuor poetis olim Gladston a quadam colloquente rogaretur ut vellet sententiam dicere: « Tres », respondit, « praecipios et principes habeam proculdubio: Homerus, Aligherius, Shakspeare ».

Tum interrogans: « Atqui quartus ubinam, et quisnam? »

« Quartus », reddidit vir, « quartus mihi inter quatuor versatur, nempe inter Aeschylum, Vergilium, Milton et Goethe. Neminem nomino, designo, indico neminem; res mihi adhuc perspecta non est ut certus adjudicem ».

*

Quanti autographus Shakspeare?

Ditissimus quidam ex America publicis Londini diariis in vulgus edidit se centum dollarorum

millia daturum (500,000 fr.) homini, a quo emeret autographum Shakspeare, certum, authenticum.

Lepida et faceta promissio, quae in duplum et quadruplum absque ullo promittentis asse ascendere poterat. Septem quippe tantum ex huiusmodi scripta leguntur; deque hisce septem, tria tantum talia sunt, qualia expleant emacis mentem, votisque respondeant, nempe: 1^o testamentariae tabulae, Somerset House, 25^a martii die 1616 rogatae; 2^o venditio agri cuiusdam ad Blackfriars, Londini, die 10 martii 1612; 3^o scriptum quoddam curiale in quandam hypothecam, die 11 martii 1612.

Fatale exploratis tanti viri scriptis unicis tempus! Omnia de martio sunt, et, quae diem innuant et annum, iisdem notis numericis utuntur, nam omnia ad notas 1, 2, 6 e quindecim characteribus numericis reducuntur!

*

Caroli I Angliae Regis vestis.

Londini nuper sub hasta, praecone exclamante, venale fuit sericum illud vestimentum caeruleum, quo Carolus I Angliae rex utebatur dum, ad supplicium raptus, capite truncatus est. Bis centum ghineis (nempe fr. 5250) adiudicatum est cuiusdam Brocklehurst.

Varios huiusc indumenti casus vicesque luet exponere:

1. Rege imperfecto, indumentum hoc in potestatem medici Hobbs, qui archiater erat, concessit, et penes hunc usque ad ultima vitae tempora substituit;

2. Hic moriens filiae vestem hanc, peculiari legato ex testamento, reliquit, quae in familiam Temple Hardy nupta transierat. Neque, generationibus succedentibus, ab heredibus huius familiae divulsa est, donec eo fuit ut Temple Hardy ultimus moreretur;

3. A potestate Hardy igitur delata est in manus classiarii ducis D'Aeth, qui anno 1893

diem obiit supremum, et nunc emptam sub hasta a Brocklehurst narramus.

Optime asservata nihil squaloris, nihil senii ostentat, et non exiguo stigmate regii sanguinis rorata conspicitur. Ad instar sacri habetur apud eos qui Iacobitae illic nominantur, quia scilicet adhuc infelicissimi Regis memoriam colunt.

*

Canes tabellarii.

A septentrionali America novum hoc ad nos pervenit. Groenlandici et Esquimense canes, republika Dominion acquirent, ad urbem Quebec adducti sunt, in regionem et oppida Klondykiem mox mittendi, ubi difficultia itinera et periculorum plena canibus hisce civitas censet credenda, scilicet ut epistulas et cetera, quae ad diribitoria sunt, portent, hyeme saeviente. Singulis pondus inter octoginta et ducentas libras; pretium inter viginti et quadraginta dollars. Quinquaginta vel sexaginta passuum millia quotidianum iter. Audientes dicto; sed vae provocanti! Narrantur ex hisce sex, iugati ad traheam, in exasperantem aurigam irruentes, morsibus lacerasse frustim, comedisse. Canadensis responsa his iam abhinc uititur, et sententia est ut largius utatur. Aurigae caveant, et obvii sibi consulant; latrones fortasse invenient in canibus quod raro a viatore suscipiunt.

*

Anulus Caroli ducis Burgundiae.

Diaria nunciant prope quandam tiliam in Helvetia inventum nuper fuisse anulum lapidibus pretiosis ornatum magnificeque caelatum.

Re diligenter perpensa, illum viri doctissimi Caroli Burgundiae ducis existimant fuisse. Carolus vero, qui *temerarius* ob periculorum contemptum atque animi audaciam vocabatur, haud longe ab ea tilia proelio victus ac interfectus est postridie nonas Ianuarias anno Domini 1477.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia... Lib. 10
Ubique extra. Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3

BIS IN MENSE PRODIT

ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

IVLII STERBINI

FILII

JOSEPHO ALPHONSO NICOLAO

*Imperat ipse Deus IESVM redamemus amantem.**Eia agite ad Iesum, o iuvenes, properate volentes. —**Discite at imprimis a pubescentibus annis**Assidue infestas vigilare ad daemonis artes.**Hic vafer, ut gentes perdat, sua retia tendit**Fraude mala, atque audax certamina miscet; in hostem**Magna est certandum vobis virtute; latentes**Detegere insidias, tumidas compescere et iras,**Contemptisque minis inimica retundere tela,**Hic labor, hoc studium constans, industria sollers.**Neve voluptatum capiat fallacia, nec vos**Alliciat vetitā decerpere ab arbore poma;**Dulcia si gustu, lethali imbuta veneno. —**Mox exempla Patrum libeat praeclara tueri,**Praecipue ante oculos quae nunc pulcherrima habetis,**Quaeque domum mire decorant; Ersilia, Iulus**In medio dilecti adsunt dulcesque parentes.**Eximia virtute ambo, pietate fideque**Praefulgent; calcare iuvat vestigia sancta. —**Eia ergo, ad Iesum, o iuvenes, properate volentes;**Nil iam cunctandum: sit vestro in pectore Christi**Vividus, inque dies ferventior ardeat ignis.**Nil sit dulce magis quam CORDE quiescere IESV,**Divinoque sinu cupide magis usque recondi!**Hic fons ad vitam saliens; hinc larga bonorum**Copia, rebusque in trepidis caeleste levamen;**Hic tranquilla quies, praesens tutissima in aevum,**Aeternae vobis felix praenuncia pacis.*

LEO XIII.

DE HONORIBUS RECENS HABITIS

IOANNI BOSCO

QUOD Flaccus de se quasi praesagiens edixit, non omnem se moriturum, cuius post obitum vivax esset permansura gloria, id multo videtur aptius in eos cadere, quorum immortalia in homines beneficia cum gratia celebrantur. Quicumque enim, ut ille, aequalibus suis ita praestiterunt, ut sollertia quadam et

magnitudine ingenii admirabiles in aliquo genere existerent, utique eos decet posterorum laudibus et opinione vigere. At vero qui in omni vita sic se liberales magnanimosque impertiverint, ut nati ad salutem communium rerum viderentur, eorum memoriam non admiratione solum, sed studio etiam et amore colit grata posteritas. His itaque videmus, cum e vivis excessissent, illustriora voluntatis publicae decreta monumenta, eorumque expressas imagines fre-

quentius prostare sive ad hortationem exempli, sive etiam ad desiderii solatium.

Ut nuper factum accepimus, cum Castri Novi in Astensis statuam Ioanni Bosco populares sui dedicarent, decimum post annum ab eius exitu. Quo quidem in tempore luculentis significationibus apparuit quam viveret apud omnes recordatio et observantia viri incomparabilis. Siquidem non Italos modo, verum etiam externos longe plurimos, eosque clarissimos homines, in honorem illi habendum conspirasse legimus, tum re vehementer probata, tum large suspectatis sumptibus. Enimvero lumen is extitit orbis terrarum verius quam Italiae; quo nemo melius de ipsa societate humani generis his videtur temporibus meruisse. Etenim vir sanctissimus cum incredibili proximorum studio flagraret, mature se devovit saluti publicae; idque propositum alacritate summa tenuit ad extremum spiritum. Quamvis alienum a caritate sua nullum putaret esse, tenuiorum tamen caussam tanquam propriam sibi ac peculiarem sumpsit; manentque ipsius, calamitosis omne genus sublevandis, aptissime instituta. Sed Bosco, ut par erat, multo magis animorum labes fuerunt sollicitudini. Vedit imprimis revocanda vulgo esse christianae sapientiae praescripta; nempe intelligebat ex horum obliuione et contemptu languescere in populis sanctitatem officii, invalescere quotidie opinionum morumque pravitates, pestes civitatum. Itaque cum in alia multa ad rem conducibilia, tum praecipue in puerilem institutionem totus incubuit; cogitatione iam tum speque praeciپiens, elementa et principia melioris saeculi inde oritura. Quae ut vota uberior evenirent et citius, socios participesque laborum sibi adiunxit; sodalitatemque constituit eam, quae, Francisci Salesii nomine insignis, ipsius ardorem bene merendi ad omnes iam gentes feliciter attulit. Exploratum est, prodire quotannis ex horum disciplina adolescentes numero ad quadraginta millia, artificiis litterisve excultos, eosque, quod caput est, optimo moratos; quorum causa haud inepte dixeris in venas atque in viscera affectarum civitatum quasi quandam incorrupti sanguinis copiam perpetuo influere. Adde innumerabiles alios vel ex infima plebe pueros, quos festo quoque die Salesiani sodales ad se cogere, varieque oblectando erudire ad salutem diligentissime consueverunt. Neque vero puellarum praetermissa cura. Hanc enim, Bosco auctore, provinciam collegiatae virginis excolunt; fructusque communis utilitatis uberrimi proveniunt, indices rerum meliorum. Denique haec tanta industria et caritas haudquaquam cultarum gentium finibus contineri potuit, quin ad ipsum barbariae sinum perveniret: notum quam utiliter desudent in Patagonis, ab omni humanitatis sensu remotissimis. Atque cum multa sint in hoc homine, quae admirationem cuivis moveant, illud prodigo non vacat, quod procurationi tantorum operum sumptuosissimae inops sufficeret. Scilicet Dei providentis fiducia instar certissimarum opum Bosco erat ad difficillima quaque aggredienda; nec unquam

vel in summis rerum angustiis praesens ei defuit bonorum liberalitas; hanc itaque inopiam, opinione diuiniorem, heredibus disciplinae suae decedens reliquit. Quamquam iis luculentior illa obvenit hereditas, memoria et recordatio ceterarum virtutum omnium, quarum cultu nemo ignorat ipsum ad excellentiam eluxisse.

Est igitur quod iure laetemur, monumentum gratiae publicae viro meritissimo esse statutum; prae-
sertim hoc tempore, cum honores praestantissimae
virtuti debitos indigni et mediocres fere ob studia
partium auferunt. In quo quidem nimii sunt nostrates,
maxime in re civili. Quotquot enim, nostra patrumque
memoria, paullo illustriorem reipublicae dedere ope-
ram (ne quaeras quam temperantem, quam fidelem,
quam utilem) iis immortalitatem publice decretam
cernimus; eorumque imagines ex aere vel marmore
in celeberrimis quibusque locis constitutas. Eminent
in urbibus Italiae passim bracatae illae statuae; iam-
que area forumque erit nullum, quod sua careat;
saepe autem in basibus adscripta ea leges nomina,
quae satius multo erat aut oblivioni commendare,
aut posteris cum nota turpitudinis prodere.

AURELIUS GALLI.

DE VITA SANCTI FRANCISCI OMNIUM ANTIQUISSIMA

CUM saeculo superiore Bollandistae, singulari illa-
diligentia et sagacitate iudicij qua immortalem
gloriam sibi pepererunt, omnia litterarum monu-
menta ad vitam sancti Francisci pertinentia scrutari
coepissent et veluti ad obrussam exigere, in hanc
sententiam venerunt, ea quae de viro sancto Assisi-
ati tam multis scriptis opusculis libellis ad nos tra-
dicta sunt, haud ferme fide esse digna, nisi quae lo-
cupletissimis testibus confirmarentur, quales visi sunt
vel prior *Vita* a Thoma Celanensi anno 1229 scripta,
vel *Legenda trium sociorum* anni 1246, vel denique
utraque *Vita* quarum auctor fuit sanctus Bonaven-
tura.

Praesertim vero ab omni historica fide aliena a
Bollandistis habita sunt tum *Speculum* illud *vitae*
beati Francisci quod inde ab ineunte XVI saeculo
pluries editum est, multaque continet ex diversis
fontibus hausta et ab aliis alio tempore male con-
sarcinata, tum liber cui titulus est *Actus quidam mirabiles beati Francisci et sociorum primorum*, ex quo
fonte originem duxit aurea opella omnibus nota sub
titulo « *Fioretti di san Francesco* ».

At saeculo nostro, florentibus omnis generis stu-
diis, cum nova plerumque via ac ratione litterarum
monumenta pervestigari cooperint, memoriae etiam
Franciscanae tentatae sunt, multaque apparuerunt
usque ad id tempus in bibliothecis vel publicis vel
privatis delitescentia, alia in lucem sunt edita emen-
datiora aut diligentiore studio perpensa; ita ut brevi
uberiores fructus viris doctis colligere liceret.

Inter monumenta Franciscana temporibus nostris
primum edita adnumeranda sunt tum *Chronica* fra-
tris Salimbeni Parmensis, tum *Memorabilia* Iordanii
de Giano ex ordine fratrum Minorum, tum denique
opus Thomae Eccleston eiusdem ordinis. Ex his
omnibus de vita et indole beati Francisci multo
plures notitiae eaedemque fide dignissimae colligi-
potuerunt quam quae a Bollandistis in Acta sua re-
cepta fuerant. Sed longe laetissimos fructus tulere
viri docti ex accurato studio ipsorum operum quae,
a Bollandistis damnata, immerito hucusque neglecta

iaceruerant. Cum enim tum *Speculum vitae* supra lauda-
tum, tum *Conformitates* fratris Bartholomei Pisensis,
tum *Actus mirabiles beati Francisci* diligenti trutina
examinata essent, illud perspectum est, sub addita-
mentis omnis generis vario tempore conglutinatis,
nucleum quemdam, ut ita dicam, in hisce operibus
inesse, qui ad aetatem Francisci proxime accedit et
fastidiosis etiam aestimatoribus iure quodam suo fi-
dem facit.




Hanc studiorum viam ingressus, palmam prae-
ceteris facile fert Paulus ille Sabatier Franco-gal-
lus, qui viri sancti Assisiatis vehementi amore in-
census, omnibus de eo monumentis et libris tum
manu exaratis tum typis impressis diligenter per-
pensis, primum vitam sancti Francisci gallico ser-
mone scripsit (Paris, Fischbacher, 1894), quae, licet
mendis non careat, praesertim quod nimis ratione
nisa ea quoque declarare conetur quae rationis fines
excedunt (quare non immerito ab Ecclesia damnata
fuit), tamen Francisci amatoribus in deliciis habetur;
nuperrime autem ex codice Mazariniano 1743 (1459)
Speculum perfectionis, seu *sanceti Francisci Assisiensis*
Legendam antiquissimam, a fratre Leone Francisci
amico et familiari scriptam, doctissimis Prolegomenis
et adnotationibus auctam et illustratam, edidit (Paris,
Fischbacher, 1898).

Iam dudum quidem id opus, cui titulus *Speculum*
perfectionis, harum rerum studiosis notum erat; le-
gitur enim in pluribus codicibus, in nonnullis etiam,
ut in Riccardiano 1407 et Bononiensi 2697, versio
italica continetur, auctore fratre Antonio Bruni. Sed
primus Sabatier, Mazariniani potissimum codicis te-
stimonio fatus, demonstravit, *Speculum perfectionis*
ipsam esse *Legendam antiquissimam* quam frater Leo
statim post mortem Francisci scribere ceperat iam-
que v idus maias a. 1227 ad finem perduxerat. Qua
de re, si nulli dubitationi relictus sit locus, nam
adhuc sub iudice lis est, habebimus vitam Francisci
inter omnes quae ad nos pervenerunt antiquissimam;
quod quanti momenti sit haud multis opus est di-
cere.



Quam fratris Leonis legendam quivis vel leviter
attigerit, is permagna delectatione afficietur et
verae sanctitatis, ut aiunt, odore perfusum sentiet
animum. Quam graphice depicta ibi est imago Francisci
viri simplicis et boni, qui vere paupertatem et
humilitatem socias sibi adsciverat, et derelictis homi-
nibus et miseris et aegrotis oblectamenta, solacia,
curas libenti animo praebebant. Ut ipsum Franciscum
in *legenda Leonis* videmus operantem, ambulantem,
sermocinantem! Utsplendet nobis ante oculos amoena
illa urbs Assisium, lateribus Subasii montis consur-
gens, et parva illa Sancta Maria de Portiuncula tot
magnae virtutis miraculis illustrata! Ut movent nos
dulcia verba a Francisco passim prolata: « Fratres
latrones, venite ad nos quia fratres sumus et portamus
vobis bonum panem et bonum vinum »; ita
alloquebatur quondam vir simplex nonnullos prae-
dones in silva apud *eremitorium* latitantes, confusis
hoc pacto lucraturum se esse animas eorum. Et:
« Soror alauda habet caput sicut religiosi et est
humilis avis quia vadit libenter per viam ad inven-
niendum sibi aliqua grana. Volando laudat Domi-
num valde suaviter sicut boni religiosi despicientes
terrena, quorum conversatio est semper in coelis et
intentio est semper ad laudem Dei »; qua de re
narrat frater Leo, voluisse Franciscum, si occasio


daretur imperatoris colloquendi, ei suadere ut le-
gem ferret ad vetandum ne caperentur vel occi-
derentur sorores alaudae. Hominem tam simplicem,
tam apertum, tam bonum quis non amet? Quis non
admiratione prosequatur?



Illud autem potissimum placet in *legenda Leo-*
nis, quod totum Franciscum exhibet, qualis ipse erat,
naturae infirmitatibus obnoxium, et vere hominem a
quo nihil humani esset alienum; qua in re eius nar-
rationem multo praestare arbitror Celanensis et Bo-
naventurae operibus. Lege sis Leonis capitula ubi
sermo est de infirmitate oculorum, quibus tot annos
vir sanctus laboravit, vel de ceteris morbis quibus
omnes eius corporis partes afficiebantur, quippe cum
Franciscus nunquam sibi pepercisset, at extenuato ie-
niuii et poenitentia corpore nil invictum nisi animum
servasset; iam senties quam vere homo obversetur
tibi ante oculos. Quem non delectet Franciscus, quem
ultima infirmitate aegrotus, socios alloquens, cupere
se ait illius comedionis genus cui Romae vulgo nomen
dant *mostaccioli*, de quibus vix gustabit moriturus?

Denique haud poenitenda laus est Leonini libelli,
quod Francisci ingenium, litteras, loquendi genus
ipsissimis (sit venia verbo) veritatis coloribus de-
pingit. Nam quotiens in Leonis narratione Franci-
scus inducit loquens, quod milliens fit, non dubium
est quin ipsa eius verba audias aut certe animi sensa
sincere et candide expressa deprehendas. Quam vere
Franciscana est responsio data novitio illi qui psal-
terium secum habere cupiebat, etiam nolente *gene-*
rali ordinis ministro: « Carolus imperator, ait, Ro-
landus et Oliverus et omnes palatini et robusti viri
qui potentes fuerunt in proelio, prosequendo infi-
deles cum multo sudore et labore usque ad mortem,
habuerunt de illis victoriam memorialiter, et ad ul-
timum ipsi sancti martyres sunt mortui pro fide
Christi in certamine; nunc autem multi sunt qui sola
narratione eorum quae illi fecerunt volunt recipere
honorem et humanam laudem. Ita inter nos sunt multi
qui solum recitando et praedicando opera quae sancti
fecerunt volunt recipere honorem et laudem ». En-
vere verba ineunte XIII saeculo facta, quo rerum a
Carolo eiusque sociis gestarum memoria tam alacris
erat tamque multis in dies monumentis commendata!

Celeberrimum autem et suavissimum illud *Canti-*
cum Solis, de quo superioribus annis in contrarias
partes disputatum est, ut facile nunc probatur testi-
monio Leonis non esse Francisco abjudicandum! Ita
ut in posterum italicarum etiam litterarum historia
nonnihil antiquissimae huic legenda debitura sit.



Sed hactenus de Francisci Vita quae Pauli Sa-
batier diligentiae et studio accepta est referenda;
fortasse etiam nimis multa diximus. Liceat mihi tan-
tummodo gratulari docto illi viro ceterisque rerum
Franciscanarum studiosis, quod tanto amore et for-
tuna in haec studia incumbant. Audio ab eodem
Sabatier novam parari editionem tum *Actuum sancti*
Francisci tum italicici opusculi cui a *Flosculis* nomen
inditum est; audio ab aliis editum iri integrum trium
sociorum *Legendam*, cuius pars usque ad id tempus
desiderabatur. Vota facio, et, credo, mecum omnes
facient, ut haec omnia prospere cedant; adeo ut Fran-
cisci imago fulgentior in dies ob oculos nostros
splendeat, et solacium inde animi et aedificationem
accipiant.

F. RAMORINO.

OPERARIORUM CAPPELLANI

Nova quidem et fere nobis inaudita haec vox nota; quare non alienum videtur pauca de eorum institutis et moribus dicere (1).

Operariorum igitur *cappellani* apud Belgas ii appellantur sacerdotes, qui, initia inde ab anno MDCCXCIV societate, totos se operariis dant, quos consilio, cibo et tecto adiuvant. Quae res primum a viro clarissimo Doutreloux, Leodii episcopo, excogitata, perfecta est a Reyn, optimo sacerdote, qui in eiusmodi sodalitio constituendo haec sibi proposuit: primum ut operarios, quorum in Belgio magnus est numerus, ab impiorum hominum conventu amoveret efficeretque probos et religiosos cives; deinde ut omnibus re declararet, sacerdotes caritatem et amicitiam non ad commoda sua referre, uti nonnulli malis opinionibus imbuti putant, sed ad illius utilitatem, quem diligunt. Quam ad rem multa in operariorum usum comparavit, praesertim hospitalia diversoria, quae gallico verbo *bôtelleries* appellantur. Infelix enim est inopum operariorum conditio. Nam ii omne tempus, quod a labore superest, potius in popina, quam in communi dormitorio (quo ob nimiam paupertatem utuntur et in quo hie me vix frigus vitatur) consumere malunt; ibique nummulos suos multo cum sudore collectos vino et alea profundunt. At diversoria ab operariorum *cappellanis* instructa commodum praebent hospitium; in illis enim ampla sunt cubicula cum lectis, speculis, matellionibus et quae ad munditiam comparandam pertinent. Huc addit balnea et amplam aulam, in qua omnibus operariis animum relaxare vel ludendo, vel libris legendis usque ad multam noctem licet. Accedit etiam (quod caput est) sacellum, in quo sacra celebrantur et docentur operarii de maximis religionis officiis. Hospitio autem excipiuntur ii operarii tantum, quibus familia nulla est; verum in aulas ad solatium constitutas omnibus ingredi licet, dummodo probi sint et religiosi homines. In diversoriis ipsi *cappellani*, parva pecunia accepta, victum operarii suppeditant eorumque linteis perlungens consulunt. Operariorum autem contionibus praesunt; cum illis de maximis huius aetatis quaestionibus disserunt, eos consilii iuvant, ad laborem atque industriam incitant. Quid vero dicam de aliis operibus, quae diversoriis connexa sunt? quid de theca nummaria, cui suas quisque vindemias credere potest? quid de hominum doctorum societate ad consilia danda sine ulla mercede? quid de lanio et de sal-samentorum taberna ad carnem obsoniaque operarii praebenda? quid de officina libris edendis, quid de ephemerede (quam gallico verbo *Petit Ouvrier* dicunt) in turbulentos praesertim scripta homines, qui omnem societatem funditus everttere cupiunt? At longum est omnia opera et instituta persecuti a *cappellanis* excogitata et in operariorum usum comparata. Primum diversorum in urbe, quam Seraing appellant, conditum est; verum iam multa toto Belgio numerantur.

Nos autem, ut dicendi finem faciamus, hoc optamus vovemusque, ut quam primum operariorum *cappellanorum* sodalitum etiam in Italia constituantur; neque hic solum, verum etiam in omni ora ac parte terrarum. Plurimum enim interest ut operariorum, qui in oeconomia, quam dicunt, hominum societatis magnam obtinent partem, miseriae et calamitates

(1) Vide quae uberrime M. FARINA disseruit in ephemeride *Vita Nova*, XVI kal. dec. 1898, pag. 341-344.

quam maxime subleventur. Quam ad rem quid aliud magis valere potest, quam christiana religio, quae tota hominum erga Deum, et hominum inter se amore et caritate continetur?

DONATUS TAMILIA.

DE BELLO
INTER
HISPANOS ET FOEDERATAS AMERICAE CIVITATES

QUONIAM, rebus in pace compositis, quod exarserat bellum conquevit, interest ut aliquid tum de hoc bello, tum de hac pace dicamus, et quid foveatur ipsa scrutemur.

Dura bellum necessitas, donec erunt qui recto, vero et iusto repugnant, vel qui vera, recta, iusta que oppugnant; namque hi aut per arma et vim adiungendi sunt, aut per arma et vim repellendi. Omnia autem deducente Providentia, ex bello, malorum tetrico, ceu dies a nocturnis tenebris, bona oriuntur, quae nihil esse fortuitum, nihil fatale testantur, et historicis monumentis probant in bonum mala converti.

Quid ergo ad hoc bellum, de cuius iustitia hinc atque inde lances nutant ancipes?

Pro Americanis quidem est Americanum fuisse solum, et esse, cuius pro libertate vindicanda atque tuenda initum est bellum; et compositam ita nunc esse pacem, ut omnes causae reintegrandi belli sublatae penitus videantur. Cur se Americanis Hispania interponeret?

Verum pro Hispania viget, gentes illas fuisse Hispanicas genere, terras diurna saeculorum serie occupatas. Cur igitur Americani Hispanicis imperarent?

Iam ergo potissima quaestio, reique summa, et cardo in hoc vertitur. Debet ne cedere solum genti occupanti, an potius cedere debet gens solo occupato?

Si de solo quaestio, res in aperto est; nam indigenas olim Hispani illi, occupantes per vim, subegerunt, agro, divitiis, vita multarunt. Quod ergo initio vitiosum fuit, nequivit tractu temporis convalescere. Praescriptionis ius et usus, humana inventio, et apud homines tantummodo habetur, et civili tantum iure continetur. Alibi vero, ubi iniquum et aequum, sanctum ac impium, admissa semel, sempiterna sunt, nihil praescriptio illa valet, nihil saeculorum decursus, et semel sanguis Abel effusus in terram, e terra perpetuus fumat et clamat. Hinc quod per vim et arma semel abreptum avulsumque fuit, pari iure per vim et arma requiri potest, nam (et haec naturae quoque lex est): « quae seminaverit homo, haec et metet ».

Si autem de genere quaestio fiat, brevi elucet non solum cedere homini, sed hominem cedere solo.

Nam aer, victus, cultus, tarda quidem, at certa et constanti vi hospites fingunt, finguntque non modo corpore, sed etiam animo novis curis, novis necessitatibus, novis moribus additis, ut qui ex interiori et aestuante Africa in septentrionales oras migraverit, labentibus annis, ipse omnem pristinac vitae morem, posteri autem eius statram ipsam, et oris conformatiōnē abiiciant. Idque eo patet, ut hi exteri non veteris, unde traxerunt originem, sed novae, quam adepti sunt patriam, nomine nuncupentur.

Reddita est igitur Americanis America, et fortasse Europae bono reddita est. Europa enim omnis illud reformidabat bellum, cuius quidem innotescerat initium, exitus autem minime certus erat; neque tempus noverat, quo finis cladibus imponeretur. Et

quinam fuisse crastinus pugnae dies, si perditissimi hominum, Catilinario foedere sociati, nuda militibus moenia, et regna occupassent?

Numquid incerta pro certis mutanda? Omne bellum sumitur facile, ceterum aegerrime relinquatur, non enim in eiusdem potestate sunt initium cius et finis. Incipere cuivis etiam ignavo licet; deponere, cum victores velint.

Europae bono, inquam, composita pax est; nam reviviscentis quotidie belli, reviviscentium quotidie discordiarum pericula et semina auferunt aeternum. Hispaniae autem fortasse potius erit carere parte corporis insanabilis, qua totum imperium, veluti mortifera phtysi, miserabiliter tabescet.

Dolor atrox!... Quis neget?... Sed non unguentis, non fomentis, verum cauterio et ferro emortuae carnes et saeva curanda sunt ulcera. Ulcus autem pessimum Hispaniae illa dominationis sue pars ducebatur, quae et opes et milites insatiabilis quibusdam barathri vorticibus absorbebat.

Repugnavit Hispania quidem, et strenue repugnavit, ne pars illa abstraheretur imperii. Ventum est ad triarios, et, magis quam humanae vires, fata potuerunt.

Bellica generis virtus regebat exhausta sanguine corpora; venerati sunt virtutem hostes; plausere superstiti manu; tot fortis peremptos doluere.

Ceterum historica lege fit, ut, quae primum civitas cultum docuerit Barbaros, haec, illis convalescentibus, ipsa autem senescente, debelletur ac delectetur. Europam docuit ditavitque suis populis Asia; a Graecis et a Romanis Asia in servitatem redacta est. Quid pro Barbaris intentatum Romano imperio fuit? Hisce more, cultum, leges, religionem, humanitatem, arma tribuit, in exercitum, in senatum, in publica gerenda negotia adscivit; et tamen hisce subversum, deletumque penitus est. Ac nisi Romana Religio sanctitate nominis et munieris feroce terruisset debellatores, nunc ne Romae quidem rudera, nec Romanum quidem nomen extaret.

Regnum de gente in gentem transfertur, quia potens et victor neque criminis caret, neque viuis abstinet, neque parcit oppressis.

Haec plane perspexit vir eloquentissimus Yreland, S. Pauli episcopus, in oratione, quam de re habuit; licetque honoris causa particulam, quasi ad coronam nostrae elucubrationis, delibera.

« Qua nobis de causa, ille inquit, tantam Deus dedit victoriam? Non ad superbiam, non ad divitias, non ad voluptates. Voluit hoc nobis esse faustum, quia nobis creditum fuit ostendere quid vera libertas christiana possit, qua fruimur, qua vivimus, qua movemur et crescimus ». Tum post haec: « Quid, hac parta Victoria, Americanae reipublicae reliquum? Difficile dictu est, nec quisquam, prout Deus, Americae futura distinguit. Numquid Americana vexilla ad orientem et ad occidentem classes nostrae per maria et Oceanum circumferent, an nostro haerentia litora finibusque tuebuntur? Scinditur incertus hasce in sententias populus; neque cuivis favebo. Hoc unum affirmo; futurum, quicquid erit, Deo ducente erit, rebus amice coniurantibus et maturantibus, et hominibus frustra vel obstantibus vel repugnantibus. Quid si Illi mens fuerit ut hic, centum abhinc annis puer, nunc gigas immanis Oceano incubet, signaque sua victor terra marique commoveat? Fiat voluntas tua! mihi precari fas est.

« Atqui nunc prece fatiganda templis, oneranda altaria, ut populo Americano prospera fiant; saepe enim fit ut ingratus gentis animus et sclera populum, quae parabantur in bonum, vel morentur, vel

omnino divertant. Americae sedeat in animo se neque aucto exercitu, neque dupli classe, neque auctis negotiationibus, neque novis legibus amplificari posse et augeri, sed virtute ac disciplina incolarum, sed obedientia et obsequio erga supremas eas leges, quibus aequitas et ius est, a quibus siqui recedant, necesse est recentibus interire ».

« Futuri temporis exitum - caliginosa nube premit Deus ». Ita quidem; at res omnis in ea Manu est, quae « attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter ».

MARIUS.

IRIS
PETRI MASCAGNI OPUS

Quum sit in omnium nostrum votis, ut insignis musices cultor Petrus Mascagni non ad nugas, sed ad altiora ingenium acre severis disciplinis firmatum atque ex politum conferat, haud supervacaneum erit nos de eius musico operé, cui titulus *Iris*, in commentario nostro aliquid dicere.

Ac primum quidem de fabula; deinde vero de ratione musices pauca disseremus.

Puella, Iris nomine, quae, in Iaponiae pago, caeco patri ac pauperi dux est et comes assidua, a quodam Kyoto lenone per vim abducitur, ut iuvenis divitis Osaka libidini inserviat; hic frustra eam illecebris alicere conatur; puella enim, hebeti ingenio, ne verborum quidem communium arripit sensum.

Deinde Iris a Kyoto, lucri gratia, e domus podio viam prospiciente, publice exhibetur emenda; at pater filiae nomen audiens eam agnoscit atque ira inflammatus, coniecto in vultum simo, deturpat foedatque: tum ipsa terrore perculta ac pene amens e rupe se precipitem deiciit. Narratio in tres divisa est partes.

Fabulae scriptor fuit Aloysius Illica, quem tum re prorsus futili, tum nimia in scribendo libertate atque licentia nemo est qui laude dignum existimet. Quid enim futilius, quam fabula, cuius personae humano more se minime gerant, neque humanos exprimant animi motus? Osaka, Iris amator, quum frusta tentaverit sui amorem in puella excitare, a Kyoto lenone opem impudenter petit, qui tamen et ipse optata assequi minime valet. Iris enim expers est suapte natura cuiuslibet animi motus, utpote prorsus hebes, ac solis pupae deliciis abunde contenta. Nonne hic ad unguem facit illud Horatii:

Spectatum admissi risum teneatis amici?

Fabulae inanitati accedit ridiculum, eaque morum licentia, quae in altero praesertim fabulae actu spectatorum pudori omnino aduersetur. Etenim Aloysius Illica, oblitus verae artis officium, temporibus serviendum putavit. Contra, artis est, praesertim in theatris, recreare audientium animos, in eis nobiles excitare motus, ac meliores reddere mores. Artis est non modo id tractare, quod sensibus subiicitur, sed etiam ac potissimum quod sensus praetergre-

quod musices theatalis proprium est, audientium auribus minime blandiatur: nihil mirum si spectatores neque suavibus, neque vehementibus excitantur animi sensibus, quin imo si saepe scenam fastidentes, gravi silentii eloquentia, de gravissimo errore arguant auctorem. Petrus Mascagni illud Horatii in *Arte poetica*:


*Si vis me flere, dolendam est
Habenit oculos. Primum ipsi tibi,*

haud recte in usum deduxisse videtur. Qui enim fieri poterat ut dulces aut vehementes audientium animi excitaret motus, quum et ipse primus nihil sentiret? Cur igitur Mascagni, vir acri ingenio, absurdam hanc fabulam musicis vivificandam numeris ultra susceptit? Quæstio perdifficilis nullo negotio dirimitur ab urbanae cuiusdam ephemeredis scriptore, qui mirabili verborum artificio Mascagnianae musices vitia excusat: inquit enim Petrum Mascagnum futile elegisse fabulam, quod audientium plausum expeteret non vi comoediae musicis exornanda concentibus, sed virtute solius musices, aliorum theatalium elementorum ope destitutae. Cur igitur, quæso, fabulae seu comoediae connubio iungitur musice, si ea tantum satis est ad excitando animi motus, atque ad id, quod expetimus, assequendum, quadringtonis abhinc annis iam plene perfecte que obtentum? Quum comoedia, tragœdia, fabula nihil sint aliud, nisi imago quaedam humanæ vitae, cur a clarissimo theatri novatore homines ad spectaculum invitantur, in quo personæ humanam agendi rationem plerumque amittunt, atque in ligna alienis movenda nervis, ut Horatii verbis utar, prope

ditur, atque ad formam quamdam purissimam attollit, quae mente iure meritoque concepi potest, quod vulgo dicimus *ideale*. Iuvat enim in scenis videre personas atque audire, quae quanvis humanam agendi rationem non ad unguem praferant, rebus tamen præclaris atque egregiis animi sensibus spectatorum animos ex tetris hominum vitis ad altiora ducant. Ars, uno verbo, ut sapienter ait Hannibal Caro, non omnes in unum colligit herbas, sed florum necit coronas. Satis de fabula; nunc de musicis.

Quum fabula, ut vidimus, inanis sit ac plane ridicula, fieri non potuit ut et Mascagniana musice, quae ex ipsa, veluti aqua ex fonte, promanat, non iisdem inficeretur vitiis. Nihil igitur mirum si haec, modo pauca excipias, suavissimo melos lenocinio,

convertuntur? Indignum id nobis prorsus videtur spectatorum decore, qui ad humana spectacula admissi se iure merito deceptos deprehendant, quum fere nihil humani iisdem spectandum præbeatur. Sed *Iris* auctor, pergit urbanae ephemeredis scriptor, musices robur ac lenocinium non ex suavibus vehementibusque personarum animi sensibus haurientium putat, verum ex rebus ipsis, earumque intimis coniunctionibus. Eia age, tragœdias ac fabulas musicis vivificandas numeris seponat egregius Mascagni, atque immortalis Beethoven vestigis inhaerens, in campos latentes se conferat, naturæ mirabile spectaculum inspiciat, et, quae eius peritia est, intimas, ut ita dicam, rerum voces musicorum instrumentorum numeris libenti animo exprimat, quod symphoniae proprium est.





Petrus Vannuccius pinxit.

AD PUERUM IESUM

*Quam tu venustus unice,
Puelle Iesu, virgine*

De Matre natus, Numinis

Idem supremi Filius!

Divina proles, flammeo iusp

Plus sole fulges, nemini

Spectabilis, dum saeculi

Caliget inter nubila.

At carne nunc (pellucida

Cen nube) tectus, gloriam

Hanc tu coruscum visui

Attemperas mortalium.

Quae diva vultum gratia

Ornat tuum! quae suavitatis!

Quae blanda vis hinc prodiens,

Illecta raptat pectoral!

Ut frons renidet candida!

Ut sunt ocelli fulgid!

Ut mala vincis punica

Genis! labellis purpuram!

Quae palmularum comitas,

Seu rusticorum basis

Se commodant! seu ditia

Tractant Magorum munera!

ANTHEA

O digna caelis visio,

Cum, Frater, infans, fratribus

Apparasti, virginis

Sugens Parentis ubera! (1)

Nae tu venustus unice,

Puelle Iesu, virgine

De Matre natus, Numinis

Idem supremi Filius.

FRANC. X. REUSS.

(1) « Quis mihi det te fratrem meum suggestum
ubera matris meae? » (Cant. cant. VIII, 1).



Satis de vitiis; pauca nunc de virtutibus Iris. Quae plausu dignae habita sunt scenae haec numerantur: prima, id est aurorae descriptio, quae maximam attingit magnitudinem, quem cantu musicisque instrumentis hymnus ad solem tollitur: haec omnium consensu exquisitissima habetur operis scena. Chorus feminarum linte ad rivum colluentium festivus et iucundus: quem autem in scenis actores apparent, qui non virtute sua, sed alienis moventur nervis, animis identidem blandiri videntur cum nenia, quam Dhia, amoris ergo, fundit, tum nocturnus cantus, quem Kyoto personam Ior solis filii sustinens suaviter modulatur. Plausu etiam digna videretur scena, qua expletur prima operis pars, nisi extrema verba, quae Iris pater inconsulto profert, vehementer in audientium animos deprimerent motum. Suavi arte atque mollissima confecta videtur prima secundae partis scena, atque audientium permovet animos Kyoto, quem sibi Iris vindicare conatur, quae iam publice emenda exposita est. Tertiis operis actus, tenebris obductus, tenebris damnandus est. Huius enim terti spectaculi naufragio ultimatum superest scena, quae, ut ait Horatius: *Posci vult et spectata reponi,* tum quia spectatorum oculos lucis et florum copia, aures musicis numeris mirifice recreat, tum quia fabulae nodo digna videtur. Quare operis pretium erit, ut sapienter ait musicorum censor Alexander Parisotti, si haec scena extremae alterius actus scena adiungatur, et sic finis operi imponatur.

Ceterum si quid Mascagni peccet, fabulae potius adscribendum reor: etenim, quando ingenio suo indulget, multum dissidet perfectissima musices ars a vanis sententias in scena expressis. Notandum denique est ab auctore egregio, maiorem vim curamque musicis instrumentis esse datam, quam actorum vocibus ad id suapte natura natis.

HERSILUS.

Melior tutiorque est certa pax, quam sperata Victoria. (LIV., 30, 30).

QUAENAM AD RATIONES PUTANDAS
ANTIQUIS GENTIBUS VIA

ADDENDI deducendique, quas in numeris dicunt, rationes, vel priscis hominibus cognitas fuisse ac per vulgatas, quippe rudimenta ac prope incunabula sunt arithmeticorum, nec notionem certe possessarum rerum in patrum animis informatam multum a longe excepsisse, nihil dubitationis habet. Simul ut primum opes habere earumque rationem animo concipere homines coepserunt, praesidia opportunissima ad usum atque exercitatiohem revocarunt, quibus tum ex maioribus summis deducerent, tum adderent minoribus, citraque negotium, quod computantes collegissent, memoria retinerent. Igitur non modo testis et calculis ad multum tempus usi sunt, verum etiam solliciti digitis computare assueverunt, ex quo rationis et disciplinae illius initia profecta sunt, qua hodie computamus. Hoc ad artem et praecepta revocatum inventum luminis habuit plurimum quum is extitit, qui *abacus* in mathematicis nominatur. *Abacus* tabula est ex continuatione serieque columnarum constans, quae ad perpendicularium sint, columnae vero calculis coalescent: illud autem erat constitutum ut calculus unus alterius columnae duceretur quidem instar calculorum decem, qui essent in prima columna positi, at calculus columnae tertiae decuples haberetur ad illum. Itaque summam qui faceret, calculum unum in locum calculorum decem subdebat qui ad dexteram iacerent; qui vero de summa deduceret calculum, qui ad laevam esset, pro decem habebat qui essent a dextera locati. *Abacus* non solum apud Romanos, sed etiam apud Graecos receptum usu fuisse, scriptum accepimus: apud Persas quoque fuisse acceptum in moreni est cur putemus, ut praetermittamus *swanpan* illud, quod dicunt, in Sinarum instituto positum, ante annos fere mille et quadringentos, communi existimatum consensione, fuisse repertum.

Antiqui Graeci et Romani eadem ac nos ratione numeros numero ducebant, atque per vulgatum illud: *semel unum est unum, bis bina sunt quatuor, etc.*, quod e memoria apud nos pueri pronunciant, eorum etiam aetate

de facili et probe in ludis litterarum ex instituto proferebatur.

Aegyptii contra, illud rati numerum etiam atque etiam geminare laboris non esse, constanter duplicabant. Omnis numerus ex additis numeris 1, 2, 4, 8 cogi potest, isto que pacto cuiuslibet numeri multiplum ex eiusdem numeri vel summa, vel duplo, vel quadruplo, etc., constare conque posse perspicuum est. Quod ut paucis in conspectu ponam, exempli causa afferam illud esse propositum duodecies septingeni quadrigeni terni quoti fiant.

Sic describendum:

| | | | | | |
|--------|------------|------------|-------|------|------|
| Semel | septingeni | quadrigeni | terni | sunt | 743 |
| Bis | " | " | " | " | 1486 |
| Quater | " | " | " | " | 2972 |
| Octies | " | " | " | " | 5944 |

Sed nimis duodecies 743 existunt ex octies 743 et quater 743 in summam collectis: illud ergo intelligitur duodecies 743 fieri 2972 + 5944, qui sunt 8916. Huius modi non quidem novam, at rerum omnium insolentibus certe non operosam, fuisse etiam Graecis putandi rationem Graecus quidam rerum scriptor in commentario ad Platonem memorat.

Quanam vero arte distribuendos numeros antiquae gentes concluderent non est litteris scriptoque adumbrandum, sed, ut Oddonis cuiusdam verbis utar, qui, ut plerique putant, fuit saeculo post Christum natum duodecimo, viva hominum voce exprimendum. Eamdem veteres illi rationem inverant ac si numeri essent numero ducendi: quod esse exemplo aperiendum nostri consilii est. Propositus nobis sit numerus 14328 numero 597 dividendum; tabula describitur ad hunc modum:

| | | | | | | |
|----------------|---|---|---|-----|------|-------|
| Semel | . | . | . | 597 | sunt | 597 |
| Bis | . | . | . | " | funt | 1194 |
| Quater | . | . | . | " | " | 2388 |
| Octies | . | . | . | " | " | 4776 |
| Sedecies | . | . | . | " | " | 9552 |
| Bis et tricies | . | . | . | " | " | 19104 |

Quo conspectu illud perspicuum fit, bis et tricies 597 multo plures fieri quam 14328 sint, nec vero posse hunc

numerum toties distribui quoties 32 distribuit. Itaque ad numerum 9552 confugendum est, quem quum ex 14328 deduxerimus, reliqui summa erit 4776. Finit autem 9552 sedecies 597; octies vero 597 sunt 4776. Sequitur ergo ut quotiens, qui vocatur, sit 16 + 8, qui sunt 24. Verum Graecis, qui, cum numeros numero ducerent, aut in partes distribuerent, recentiorum artem disciplinamque fere attingebant, quotiens 24 non existebat ex additis numeris 16 et 8, sed ex 20 et 4 in summam conflatis. Etenim id unum ex animi ingenio spectabant Aegyptii, ut parvo negotio operaque non multa quotientem assequerentur: Graeci, contra, mathematicorum ratione delectati, certam numerorum formam composuerunt, qua, acriore quidem ingenio negotioque maiore, at vix aut ne vix quidem interposita mora, ad exitum pertingerent: hi enim quotientem 237 e numeris 200 + 30 + 7 conficiebant, illi vero e numeris 128 + 64 + 32 + 8 + 4 + 1.

Atque adeo sic habemus praesidia ad rationes subducendas Graecis et Romanis aequae ac ceteris nationibus et gentibus idonea fuisse, eademque ad civilem, quo ute- rentur, cultum habilia: at illud fieri nullo modo potuisse ut, qui in rationibus incundis sibi parcerent, et operaie jidem sine mora parcerent

F. TEDESCHINI.

DE CHRISTI DOMINI PRAESEPE

DEQUE DUOBUS ANIMANTIBUS IN EO EFFICTIS

CONSTAT eam fuisse primitus Ecclesiae consuetudinem ut mysteria christiana fidei, praesertim quae in coemeteriis depicta conspiciuntur, velata specie intuenda proponeret; idque eo potius ne humilitas crucis Iudeis fieret scandalum, gentibus autem stultitia videretur. Compertum est enim ethnicos his quae ignorarent irrisisse, ut patet ex *crucifixo blasphematorio*, quem Garruccius dia graphicum in domo Tiberii Caesaris ad Palatinum detexit.

Itaque neque Christum in praesepe iacentem neque in cruce actum, primis Ecclesiae saeculis unquam in-

venerint. Ceterum malum hoc ad civem romanum non reddit.

— Ex hoc tamen haud minor fiet sensus doloris misero. —

Opportuna animadversione percusus procurator paullum reticuit; dein collecto animo: — Mihi quidem, inquit, nihil magis improbat, quam eorum ratio qui nullum adhibent nec in opinando nec in agendo modum. Quid prohibet quominus medium quoddam teneatur iter? Nihil tamen in vulgo modicum, vixque reperias qui sibi dictum putet: *est modus in rebus*. Hic dego, quia hic mihi degendum; com morandum mihi est apud hunc obicem. Verum haec ad rem vestram nihil attinent. Itaque, ut ad propositum redeam, auctor sum vobis ut spectaculo adsitis Nazaren, fortiter profecto morituri. Edixeram quidem ut virgis caederetur, ratus, quae mea humanitas est, ita posse servari. Ille autem cruciatus et verbera, quasi agnus immolandus, patienti animo tulit; cumque rupto corpore manaret crux, oculis in caelum conversis, bene precabatur populo. Equidem huic homini parem vidi neminem. Interim hodie, vel ab horis matutinis, mea non cessavit uxori urgere me assidue: « Ne quid tibi rei sit cum iusto: cave ne imeritum perire sinas ». Nec mihi molesta erat muliebris pietas. Nam prodivi bis e praetorio concionabundus, si forte possem efferatae plebis furorem compescere. At flagrantior inde vis: supinis cervicibus ac dehiscente rictu tetterime, adstrepere omnes truculentis vocibus: « Crucifige! » —

— Deditine manus vietas? — inquit Cinna.

(Ad proximum numerum). PETRUS ANGELINI.

ANTHEA

(Ex fabula H. SENKEWITZ POLONI, *Eamus ad Ipsum*).

Diu uterque conticuit, Cinna saepe oculos coniuncte in lecticam conspersam floribus, in qua, velut funebri lecto, composita iacebat uxor. Extrema vero is patiebatur cogitans, tam dilectae formae egregiaeque virtutis mox reliquum futurum nihil nisi exigui pulveris modum. Cumque plane sentiret se non posse defunctae desiderium pati, consilia agitabat eam in conditorium prosequendi.

Inter haec rumor auditur levis, quasi pedum per caliginem furtimque sese admoventium. Visu exanguis horrescit Anthea, reductoque timidissime spiritu, attonita stupet. Occupabat enim miseram timor ne forte umbrae adventarent sibi saepius obiectae atque anteire solitae mortuum hominem immotis oculis vitreis intuentem.

Tum Cinna, blande iniecta manu trepidanti: — Pelle, inquit, vanum timorem bonumque animum habe; nam et mihi rumor auditur. — Mox autem — Ipse est: Pontius venit. —

Iamque ad tramitis flexum in conspectum se dabat procurator. Media hominis aetas; paulo plenior ac nitidum os resecta barba; arcussita quaedam sublimitas; fatigati animi et corporis habitus. Qui cum brevi adstitisset, in umbram palmae succedens, — Salve, inquit, vir nobilissime; tuque, diva Anthea, salve. Quantus hodie aestus afflat post noctem frigidissimam! Hic dies vobis faustus felixque sit, idemque initium afferat recuperandae salutis, Anthea, qua

iterum vigeas niteasque uti flores, quibus est conspersa lectica. —

Officiis ultro citroque habitis, procurator sedet, inspectaque attentius aegra: — Solitudinis, inquit adducto supercilium, est aegritudo comes; abest a frequentia metus. Quamobrem quid in rem vestram esse mihi videatur quidque consili vobis capiendum sit libere dicam. Hic profecto neque Alexandriae sumus neque Antiochiae, ubi agi aetas liceat, uti vos decet, vel in circo vel in theatro; quibus a deliciis huius populi mores sunt remotissimi. Heic nullus est fere sermo nisi de lege, quae plurimum negotii dat mihi misero et in quam cogimur tam frequenter offendere, ut malum commorari cum Scythis.

— Sed licet tandem scire quid moneas?

— Quoniam, ut aiebam, metu caret frequentia, velim spectaculo adsitis hominum trium, qui hodie dandi sunt cruci. Res curiositate non vacat, fietque clara atque expectata magis propter solemnes passionis dies. Multi enim et religionis causa et studio visendi supplicii convenient, maxime proximi quique e plebecula. Spero damnatos morituros fortiter. In his autem iuvenis est singularis quidam, qui se Filium Dei affirmat, miti ingenio instar columbae, eaque vitae innocentia, de qua nullum sit certe sumendum supplicium.

— Hunc ergo cruci addixisti innoxium?

— Quid facerem? Multa simul ac diversa angebant. Hinc avebam vitare molestias, illinc non irritare crabrones. Tanta enim inuidia in eum hominem conflata est a principibus sacerdotum, ut querimoniae de me, quod remissius egerim, Romam usque per-

tuemur. Verum simul ac optata tandem pace frui licuit, praeclara christiana religionis mysteria, arte magistra, velo discesso conspicimus. Igitur etiam praesepe Domini una cum duobus animantibus, asino ac bove, more majorum reprezentari consuevit. Num vero nato Domino asinum ac bovem adstitisse credendum est? Id sane probabilius, iuxta probatissima quorundam Patrum testimonia; at minime desunt qui verbis Habacuc (III, 2) atque Isaiae (I, 3) adducti, eos per allegoriani in praesepe effictos existiment.

Uteumque tamen res se habeat, illud certum est, iam inde a saeculo quarto consuetudinem effingendi praesepe una cum animantibus prodidisse. Id vero ex plurimis comprobatur monumentis arcarumque anaglyptis, quarum una notatur consulatu M. Maecii Caeciliani Placidi et Flavii Pisidii Romuli - PLACIDO ET ROMVLO CO - ANNO CCCXLII.

Apparet eadem scenae descriptio in fronte arcarum: Claudiiani viri clarissimi in musaeo iuxta Thermas Diocletianas Romae, Gorgonii item viri clarissimi ad S. Cyriacum Anconae, nec non earum, quae in urbe Arelatensi atque in basilica divi Ambrosii Mediolani servantur.

Sed, ut cetera exempla praetereamus, celebritate notatur huiusmodi scena in arcosolio coemeterii S. Sebastiani ad Catacumbas depicta, quam I. B. De Rossi, vir christianae antiquitatis peritissimus, paucis abhinc annis detexit.

Neminem vero latet consuetudinem effingendi praesepe cum asino ac bove, nec non Christum a Magis munieribus donatum ad haec usque tempora perseverasse; quo picturae genere, plurimi, praesertim qui in Italia orti sunt artifices, excellentes evasere, quos inter fama celeberrimum notamus Petrum Vannuccium, vulgo Perusinum nuncupatum.

Ex operibus praeclari pictoris illud intuendum ex aere incisum proponimus quod is in Civitate Plebis (*Città della Pieve*), in qua ortum habuit, politissima arte perfecit, nempe *Adorationem Magorum*. Hanc udo tectorio in pariete aedis S. Mariae tam singulari artificio explevit, ut imagines plurimas inibi efficias, ac praesertim B. Virginem cum Puerulo suo, coloribus ad veritatem adduxerit.

Neque tantum imagines, cum varietate colorum tum iusta dispositione pulcherrime eluent, verum etiam quae circumstat picta regio, ita ut eam adaequare naturam ipsam arbitremur.

Opere vero omnium admiratione absoluto, praestansissimo artifici coetus sodalium quibus dei *Bianchi* nomen erat, ducentos aureos florenos solvit: iniquum quidem tanto operi pretium.

I. CASCIOLE.

DE HOMINE ET LUPO

NON SUA SPONTE EQUITANTIBUS

QUONIAM in superiore numero de infantulis sermo fuit, quibus lupae ultro admoverunt ubera, haud abs re arbitror hic referre quod nuper in Aprutinis factum est, lupo pariter et homine comoediam ducentibus. Lepidum, mehercule!, quippe lupus non sua sponte factus est equus, nec sua sponte villicus equus factus super lupum inverso vultu et averso animo equitavit; postremo, quod magis mirum lepidumque est, ab insueto huiusmodi equo insessor non libens volensque descendit.

Labente hoc mense, quidam Joseph de Silla apud Carsolos, dirutam urbem, quum concubia nocte ad rusticam casam de mola rediret, sarcinis ante portam domus depositis et uxori, quam de lectulo advocaverat, commendatis, ad stabulum proximum digressus est, ubi asinae praepararet foeno et paleis de more praesepe, ac dormituram de more concluderet.

Sed apenninigena ingens mole lupus curas Josephi praeoccupaverat; nam iejuno ventri coenam querens, e proxima silva, ineunte nocte, proruperat, et in desertis vineis diu frustraque versatus, portam stabuli non bene clausam denique invenit. Quam odore illectus quum capite impulisset, asininis, ut rebatur, carnibus coenaturus, insiliit.

At fores in pristinum redeuntes, impetu proprio occlusae sunt, et pessulus suapte in cavum descendens omnem spem exitus abstulit, quinimo conatibus tentantis egressum omnino obstitit.

Sic mala bestia, territa inopino carcere, non sine horrore et metu exspectabat ad ostium ut aliquis aperiret, quo aperiente diffugeret.

In hoc erat, quum Joseph tentabundus accessit, inseruo dito pessulum elevans, nil sibi tale sperans, aperit.

Tum lupus, toto prorumpens impetu, qua via tantum patebat, nainque aperientis corpus omne spatium occupaverat, inter crura Josephi immisso capite, inflato corpore, fugam arripuit.

Verum, quia humeri subfugientis dimidio corpore stantis hominis altiores erant, hic repente a solo elevatus concidit in faciem super terga subeuntis, et, naturali instinctu, belluae corpus, quo elevante terram perdiderat, utroque circumdedit brachio, et nescius quid esset, abreputus ab illo negotio fugiente per tenebras, genibus lacerisque constrictis, belluae fortius haesit.

Primo quidem emicuit horrescenti nescio quid de aliquo daemone, a quo abriperetur; sed mox foctor lupinus, a ferina pelle dimanans, ipsum de vera re monuit, cui tantum mentis fuit, ut nosceret, si tenacius vehenti haesisset, nihil mali impendere; lupis enim ad latera, modo canum, dentes convertere, ossibus renum obstantibus rigiditate inflexibili, impossibile est. Persuasio haec rusticis inest.

At quid ipsi si lupus subsisteret? Hinc Joseph dentibus posteriora lupi caudamque mordere; digitis, unguibus extrema ferini ventris mordicus constringere, trahere, tentare, si quo modo disperget, visceraque detraheret, non dentibus parcere, non manibus; instare, urgere fecocius.

Nec levis lupum terror invaserat, haud probe conscient, quidnam rei super tergora sibi incidisset, quo premeretur ac tam crebris morsibus, tam saeva laniena excruciaretur. Hoc unum curae erat; fugere et fuga sternax abiicere.

Sic per vias, per patentes campos, hac, illac, recta, e transverso, sufflans, anhelans, praecipi cursu et fossas obvias, et renovatas morsu et manibus dilacerationes saltibus gemituque superimposito indicabat, et montes ad meridiem fulmineus cursu petebat.

Iamque totam fere planiciem, tria circiter passuum millia, fuerat emensus, quum in densam cuiusdam agri sepem incidit, in qua exiguo emissario rivulus aquae humillimus defluat.

In mentem venit, si angusto se crederet meatui, quod haerebat sibi dorso malum illud impar loco ex humeris recessurum.

Nec mora. Toto impetu in angustum spinosumque emissarium quasi repens infertur.

Millibus et ultra sentium uncis et aculeis sensit posteriora sua Joseph pungi, transfigi, sulcari, dilacerari, et, inopinis acerrimisque doloribus manus, ut sit, afferens, lupi corpus liberum reliquit, et hoc subrepente, inter nimis humillimus defluat.

Lupus autem perniciosa cursu mox oppetere montes proximos, ne illud lacerans mordensque negotium, quo tandem aliquando se liberaverat, in suos humeros atrocis quomodocumque rediret.

Joseph, quo potuit melius ad sua regressus, detestabilis equitatione lupina diu aegrotavit.

H. D. V. PIERALICE.

*Non est in medico semper relevetur ut aeger;
Interdum docta plus valet arte malum.*

(Ov., Pont. I, 3, 17).

*Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus.
Modus adhibeatur, isque referatur ad facultates.*

(Cic., De Offic. 2, 15).

HORAE SUBSICIVAE

AD ANTONIUM LUPETTIUM

*Me iam Saxelli colles montesque repellunt:
Impendet iam nix; iam properat glacies.
Albisola suum poscit; sed dona novarcae
Perfimeo: haud raro decipit ora Ligus.
Luctantes venti tempestatesque sonorae
Insurgunt subito, meque senem exagitant.
Iuxta Arnum Pisum te, dulcis amice, docentem
Mitior ora tenet, qua miser heu careo!
Promissa advenit tua littera: compta elegansque est:
Hanc nostri servo pignus amoris ego.
Ast aliam atque aliam cupio: subtriste dolensque
Ingenium potis es tu recreare meum.*

STEPHANUS GROSSUS.

AD VOCEM URBIS

EPIGRAMMA

*Defunctam Latii dudum moestusque parentem
Ploravi linguam: surgere num poterit?
Num poterit tantam VOX URBIS reddere vitam?
O utinam nitus Numina dextra iuvent!*

E. MANCINI.

ANNALES

MULTA humanus civilisque cultus nobis attulit, quae natura desiderat; multa civium numerus in dies crescens; plurima omnium malorum effectrix avaritia.

Aliquot abhinc annis Principes, qui rebus Europae publicis moderantur, in **Sinarum imperium** immensa vetustate sua fatiscens animum converterunt, quippe quod vel salubritate coeli, vel ubertate soli, vel incolarum ingenii docilitate expletas haberet Europae nationum voluptates. Ex quo legati cuiusque gentis, exploraturi motus actionesque, illuc abierunt; Angli et Sarmatae imprimis exquisitissimis usi sunt artibus ut optima Coelestis Imperii pars eorum legibus oboedirent.

Sarmatorum interea imperium quinquaginta milibus militum locum validissime munit, quem Port-Arthur nuncupant; classem autem bene instructam ad Sinarum portus solvere iussit, ut in fidem legum suarum alias terras recipiat. Huc usque decies centies centena millia hominum in suam potestatem concessa obtinuit, atque patentissimo portu potum est per quam accommodato ad res recipiendas, quae ex Europa exportantur.

Germanorum imperio satis non est Kien-Chau. Henricus enim Borussorum princeps illic manebit donec Guillelmus Germanorum imperator, eius frater, copta sua consequatur. Quod ex itinere coniugis quae virum Henricum assecuta est, intelligi potest. Alias expedit terras sub ditionem suam redigendas.

Angli naturae suae indulgentes, novam illius regionis partem gubernandam appetunt. Classis enim Hong-Kong iam solvit ut Hong-Lang et insulas Chusan in Yung-Tse-Kiang occupet. Fama est eos iam esse potitos tantis terris in Chusan provincia, quantae in quadringentis et sexaginta iugeris (Kmq. 10,000) continentur.

Gallica respublica, quum neque Anglorum neque Moscovitarum imperiis se parem gerat, limis oculis haec spectat. Ex iis quae in praesens tempus coniici-

licet, praeter locum ad carbonarium negotium exercendum apud Tonchino, nihil aliud obtinere sine Angliae consensu fortasse poterit.

Neque Gallia Anglorum copiis in Sinarum imperio aemulari potest, quum in illo mari octo tantum inferioris ordinis habeat naves, Anglia viginti. Quod si bellum terrestre suscipere vellet, non minus quam bis centies centena millia libellarum (200,000,000) et quinquaginta millia militum adhibere ei necesse esset.

Quid Italia? Num Coeleste Imperium distrahi in multa regna ante oculos suos pati debet, nullam sibi vindicans partem? Num satis ei est rationes tantum expetere, ut metalla inquirat, quibus fossores aliquot exercere possit?

Satis perspicuum est Sinas a bello reformidare. Fugam in ipso pugnae limine capessunt et primo occupanti solum excultum et fertile deserunt. Russia et Anglia in dies longe lateque fines suos propagant: Germania et Iaponia earum imitantur exemplum. Nonne bene se res habeat si Italia felicissimis his dominatoribus se adiungat?

Rerum civilium impendentium copia vetuit quominus in numero superiore *Vocis Urbis* scriberemus de illis Evangelii praeconibus Romam adventantibus qui Augustam Taurinorum indigenos duxerunt non modo ut viserent artis sacrae specimen, verum etiam ut ibi essent tamquam pars integralis catholicae virtutis, ac testes et ornamentum.

Hos omnes ad pedes Summi Pontificis Leonis XIII vidimus die 18^a mensis novembri. Spectaculum plane magnificentum et admirandum!

Ex Erythraea tres et viginti numerati sunt indigeni, inter quos pueri puellis mixti, servitute liberati, una cum presbyteris et monialibus item indigenis: Vincentius a Monteleone ordinis Capulatorum sodalis et moniales, quae nomen ducunt a Beata Anna, comitabantur.

Sexdecim insuper adfuerunt ex Indiae partibus et quaedam moniales indigenae earum regionum ad Madras pertinentium, quibus praeerant moniales sub regula S. Francisci, quae nomen ducunt a Maria Virgine christiani nominis propagandi.

Quatuordecim ex Sinarum regionibus adductos Summo Pontifici repraesentavit Fagolla Bogorum antistes titularis (quem antea una cum Michaelae a Carbonara Erythraeae praefecto apostolico privatum Leo XIII coram se admiserat); item et adfuit Pius Neptunensis et Fasil, qui omnes venerant a Scian-Zung, a Siam-siet a Scien-si.

Sex et viginti pueros ac puellas ex Alta Aegypto recensuimus, quos p. Riccardus et moniales Longobardiae regionis sub regula S. Francisci, cuius consilium est ut nationes barbarae fidem christianam amplectantur, ad Summi Pontificis pedes repraesentarunt.

Praeterea septem Beduinos, qui desertum ultra lordanem incolunt, duxit p. Manfredi a Montereagli.

Novem aderant pueri, Hierosolimitani et Bethelmitae, ducti a Minoritis.

Tres etiam steterunt indigenae, ex regione a Malto Grosso nuncupata, quibus moderabantur Patres a S. Francisco Salesio.

Octo numerabantur pueri ex tribu dicta a Toba, quorum dux erat quidam Giannucchini ordinis Minorum.

Una ex puellis, quae venerant ab Alta Aegypto, tapete pretiosum Leoni XIII obtulit, itemque orationculam pronuntiavit quae Pontificis animum non mediocriter commovit.

Orationculae finem faciebant haec verba aco picta in tapetis simbria: *Ubi Petrus, ibi Ecclesia; sicut unus ovile et unus Pastor.*

Episcopus Novariensis die quarta huius mensis solemniter precatus est ut magnae molis opus ad perterebrandum Ulpium montem, quem Semiponte nominant, inter regionem Pedemontanam et Helvetiam situm, feliciter prospereque succederet.

Deo optimo maximo actis deinde gratiis, rupes vallesque finitimae consonuerunt sacris concentibus hymni Ambrosiani quem cuncti cecinerunt incolae vitam illuc degentes.

Mense Ianuario proximo, conventione pacta inter rerum civilium moderatores gallicos et italicos, per legatos nationis utriusque praefinientur limites, quibus continentum erit patrocinium Italiae erga principem Raheitae, et Gallorum erga gentes quae Gibuti regionem habitant.

Ita lis est pacate definita. Reliquum tantum est ut fines ex condicto constituantur.

Rerum civilium scriptores moscovitae loquuntur de lite, quae orta est inter Austriam et Germaniam ob expulsos subditos austriacos a Slesiae provinciā.

Novoie Vremia existimat item esse grave inditum inimicitarum latentium Germaniam inter et Austriam, suggestaque accessionem Italiae ad civilia commoda nationum earundem fieri in dies futilem et prope inanem, monetque Austriam ut illud foedus rumpat; causae enim foederis, inquit, quibus fuit hisce alligata Austria-Hungaria, omnino evanuerunt.

Nil praeterea impedit quominus Austria ad Russiam accedat. Slavus, ait Svet, liber est a compede teutonicō.

Nuntii ex Londino ferunt conditions, in quibus Europaei Pekini versantur, esse difficillimas. Sunt enim plerique qui verbis et pecunia inducuntur ad plebem excitandam in alienigenas.

Interventus singularum nationum prorsus necessarius ad caedes vitandas videtur.

Georgius princeps Graeciae ab imperiis Europae electus fuit moderator rerum civilium Cretem-sium ad triennium.

Bis in anno, gallico idiomate, opus exarabit de administrandae insulae ratione, quatuor imperiis Cretam insulam tuentibus adprobanda.

At Mahometi cultores qui in insula degunt, male ferentes Georgii principis electionem, efflagitare videntur patrocinium britanicum.

In superiori numero de perditissima hominum societate, quae nihil habet antiquius quam ut leges, iura, moresque constitutos evertat, id est de «Anarchia», nos verba facturos esse promisimus: quoniam vero universarum nationum legati consilia capienda occulta celataque tenere constituerunt, quod promissi stare non possumus vehementer dolemus; silentium autem potius tenendum ducimus, quam aut incerta, aut falsa referre.

EGNATIUS.

EPISTULARUM COMMERCIO

Quum dies Natalis Christi Domini immineat, letoribus, qui toto orbe terrarum late incolentes nobiscum et fide et societate sunt coniuncti, faustissima quaeque precamur, pacem, imprimitis, quam in terra hominibus bonae voluntatis angeli nunciarunt.

Cl. J. Z. - *Vindobonam*, in Austria - Gratissimas habuimus quas ad nos nuper misisti litteras, nec minore animi gaudio legimus amplissimas laudes primis *Vocis Urbis* numeris tributas. Nostram meritus es gratiam, te tuosque egregios in isto percelebris Atheneo collegas honore maximo complectimur.

A. V. B. G. - *Papiam*. - Epigranum in proximum numerum. Veniam nobis, quaeo, magister optime, ob longam moram concede.

Cl. E. T. - *Catanam*. - Etsi multi multa, hisce praesertim diebus de illa re disseruerunt, scriptum tuum tamen, modo sit breve, in posterum edemus.

Cl. S. P. - *Mediolanum*. - Hoc quoque litterarum genus aliquando prosequemur, de quo hactenus nullum quidem fecimus verbum, ne faciliores videremur in pollicendo quam in praestando promissa fideliores.

Cl. A. P. - *Salernum*. - Gratias et tibi et amico dulcissimo Car. Quam citius rescribemus.

Cl. F. U. - *Mantuanam*. - Tuam narratiunculam, quae nobis et gravitate et venustate maxime probatur, libenter edemus. Perge quo coepisti; animi fortis esto et constantis, ac metam optatam, Deo adiuvante, brevi attinges.

Cl. R. W. - *Berolinum*, in Borussia. - Minime, vir amplissime; qua vero de causa, privatim.

B. G. *Neapolim*. - Ambigua sunt verba et sermo parum latinus. Epigramma vero claudicat in prima pentametri parte; in brevem enim syllabam cadit vox: nobis itaque non est edendum.

A SECRETIS.

IN PROXIMUM NUMERUM

Archaeologicae Res; Frustula; Acta Sanctae Sedis, etc., praesertim Resurrectio Christi, Laurentii Perosi oratorium, quod his diebus, auctore coetu a divo Petro nuncupato, Romae in XII Sanctorum Apostolorum basilica agitur, magna populi frequentia ac omnium plausu.

AENIGMATA

Altera pars numerum designat, prima sed amnem. Utraque iuncta animi est dos vigil atque manus.

Pars prior est animal, numerum notat altera; vellem Utraque iuncta tibi mitia poma daret.

X.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad ephemeredis moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet:

CARMINA ITALICA

S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO

CUM METRICA VERSIONE LATINA

quam concinnavit

P. FRANCISCUS XAVERIUS REUSS

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

OMMERCUM

i Domini immineat, le-
rum late incolentes no-
t coniuncti, faustissima
aprimis, quam *in terra*
eli nunciarunt.

austria - Gratissimas ha-
misisti litteras, nec mi-
us amplissimas laudes
ibutas. Nostram meritus
gios in isto percelebri
maximo complectimur.
nima in proximum nu-
o, magister optime, ob

ulti multa, hisce pre-
uerunt, scriptum tuum
erum edemus.

uoque litterarum genus
quo hactenus nullum
aciliores videremur in
lo promissa fideliores,
et tibi et amico dul-
cibemus.

narratiunculam, quae
maxime probatur, li-
pisti; animi fortis esto
tam, Deo adiuvante,
ia. - Minime, vir am-
privatum.

erba et sermo parum
dicat in prima *penta-*
syllabam cadit vox:

A SECRETIS.

UMERUM

a Sanctae Sedis, etc.,
laurentii Perosi ora-
coetu a divo Petro
orum Apostolorum
quentia ac omnium

DE H
A
prima sed amnem.
il atque manus.

otat altera; vellem
daret.

X.
sigmatis interpre-
ratorem miserint
gratis accipiet:

E LIGORIO
ATINA

JS REUSS

MPI, iurisperitus.
i et Socii.

Hermannus Soescher et Soc.

BIBLIOPOLAE

Corso, 307 - ROMAE - Corso, 307

EDITI SUNT NUPER A NOBIS:

CATALOGUS N. XLVI:

POLITICA ET SOCIALIA

continens amplius 1100 libras.

CATALOGUS N. XLVIII:

THEOLOGIA ET IUS CANONICUM

continens amplius 1800 opera.

• Petentibus eterque mittetur gratis •

BESSARIONE

LIBELLUS PERIODICUS

TRACTANS STUDIA ORIENTALIA QUOD UNIONEM ECCLESiarum ORIENTALium

CUM ROMANA PROPAGANDAM.

Pretium annum: L. 10, intra Italiae fines; L. 12, extra Italiae fines.

PETENTIBUS MITTETUR SPECIMEN EIUSDEM LIBELLI PERIODICI

NUOVA

ANTOLOGIA

RIVISTA

DI SCIENZE, LETTERE ED ARTI

Moderatore MAGGIORINO FERRARIS

Editur ROMAE bis in mense

PRETIUM SUBNOTATIONIS:

AD ANNUM Romae L. 40 - in Italia L. 42 - Extra L. 46

AD SEX MENSES " 20 - " 21 - " 28

SINGULI NUMERI L. 2.

APUD FORZANI ET SOCIMUM, EDITORES

ROMAE - Via Dogana Vecchia, 26 - ROMAE

DIVI THOMAE AQUINATIS

SUMMA

CONTRA GENTILES

Vol. I, in-8,
complectens paginas 730

Lib. ital. 3.

DIVI
THOMAE AQUINATIS

ORDINIS PRAEDICATORUM DOCTORIS ANGELICI


SUMMA THEOLOGICA

AD EMENDATORES EDITIONES IMPRESSA
ET ACCURATISSIME RECOGNITA



EDITIO

A LEONE XIII P. M.
gloriose regnante
aureo numismate donata



INDICES nova prorsus methodo et ratione ita sunt digesti, ut
uno in conspectu tota rerum expositio pateat.

Opus integrum (pag. 5030, in-8) venit L. 15.

M. CANI

EPISCOPI CANARIENSUM EX O. P.

OPERA THEOLOGICA
OMNIA

Tria volumina, in-8,
complectentia paginas 1160

Lib. ital. 6.

I. Romanini et Soci

ROMAE

VIA TOR MILLINA, N. 26-28

PRAEMIIS DECORATUM OPIFICIUM

Sacrarum Supellectilium textili disciplina fabrefactarum
sive phrygio opere, sive damasceno, sive acu discriminatarum,
sive auro, sive argento,
sive sericis intertextarum, item siqua sint ad Eccl. usum

Ibi et Calices, Ostensoria, Pyxides, Lampades, Reliquaria,
Thuribula, Aceriae,
ex argento, ex cupro, deauratae, deargentatae.

* Suppeditor SS. D. N. Papae *

VENALIUM INDEX IMAGINIBUS RERUM DISTINCTUS GRATIS DABITUR

EQUES PHILIPPUS VITI

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, N. 51 e 52 - ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA
AEDICULAS

Uti patet ex operibus erectis ac refectis
in Basilica Lateranensi,
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,
Eudoxiana, etc.

DESCLÉE, LEFEBVRE & S.

SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE ET S. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI

PARIGI - LIONE - LILLA - TOURNAI - BRUSSELLE - BRUGES - GAND - MALINES - ANVERSA - TOLOSA

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE — Via Santa Chiara, 20-21 — ROMAE

Philosophia.

- Aeger.** — Moralphilosophie nach christl. Prinzipien 1
Alamanus. — Summa Philosophiae S. Thomae Aquinatis 48 —
Alibert. — Manuel de Philosophie:
I. Psychologie, 1 vol. 3 75
II. Psychologie, logique, ontologie, cosmologie, 1 vol. 3 75
III. Théodicée, 1 vol. 2 —
IV. Morale, 1 vol. in-8 2 —
Aristotelis. — Opera omnia quae extant. 1 vol. in-4 50 —
Aubry. — Mélanges de Philosophie catholique, 3 vol. in-8 18 —
Ausonio Franchi. — Ultima critica:
Parte I. La filosofia delle scuole italiane. Editio 2a. 5 —
Parte II. Del sentimento 5 —
Parte III. Il razionalismo del popolo 5 —
Bardenhewer. — Die pseudarithotelische Schrift, Ueber das reine Gute, bekannt unter dem Namen Liber de causis. 17 —
Baumgartner. — Psychologie oder Seelenlehre, mit bes. Berücksichtigung der Schulpraxis fur Lehrer und Erzieher 150
Bautain. — Manuel de Philosophie Morale 4 —
Benoit. — Le transformisme ou Darwin et son école 1 —
Blanc. — Traité de philosophie scolaistique précédé d'un vocabulaire de la philosophie scolaistique et de la philosophie contemporaine, 3 vol. 16 50 — Histoire de la Philosophie et particulièrement de la philosophie contemporaine. 3 vol. 10 50
Bouvier. — Institutiones philosophicae, logicae, metaphysicae et morales 4 50
Braig. — Die Grundzüge der Philosophie. Vol. I. Vom Denken 3 20 — Die Zukunftsreligion des Unbewussten und das Princip des Subjektivismus 7 50
Braun. — Ueber Kosmogonie von Standpunkt christl. Wissenschaft, nebst einer Theorie der Sonne und einigen darauf bezüglichen philos. Betrachtungen 7 50
Brin. — Philosophia scholastica ad mentem S. Thomae Aq. exposta, 2 vol. 8 —
Carbonel. — Divi Thomae Aquinatis excerpta philosophica. 17 — Histoire de la Philosophie, 1 vol. in-8 gr. 7 —
Choisnard. — Synopsis Philosophiae scholasticae 2 50
- Clary.** — La santa filosofia della mente e del cuore, ossia la Filosofia cristiana in rapporto alla religione, alla morale, alla politica, esposta in omelie 2 50
Cocougnier. — L' hypnotisme franc 4 —
Cornoldi. — Institutiones Philosophicae 3 50
Corte. — Logica generalis et Metaphysicae elementa 1 25
Costa-Rossetti. — Philosophia Moralis 2 50
Cursus Philosophicus in usum scholarum. Auctoriibus pluribus Philosophiae professoribus in Collegio Exaetensis et Stonyhurstensi S. J. 6 vol. 27 —
Cathrein. — Philosophia Moralis. 1 vol. in-8 6 —
Finck. — Ontologia, sive Metaphysica generalis 3 50 —
Boedder. — Psycologia rationalis, sive Philosophia de Anima humana 5 —
Hagemann. — Elementa d. Philosophie, Ein Leitfaden f. academische Vorlesungen sowie zum Selbstunterrichte, 3 vol. 11 —
I. Logik und Etik 3 75
II. Metaphysik 3 50
III. Psychologie 3 75
Hello. — Philosophie et athéisme. 1 vol. in-8 3 50
Honthheim. — Institutiones theodiceae, sive theologiae naturalis secundum principi S. Thomae Aquinatis ad usum scholarum 11 —
Huchédé. — Nouveau cours élémentaire de philosophie spéculative selon la doctrine angélique de saint Thomas d'Aquin comparée avec les systèmes philosophiques modernes des esprits de notre époque 4 —
Iaccoud. — Elementa philosophiae theoreticae et practice 7 —
Ioannis a S. Thoma. — Cursus Philosophicus Thomisticus secundum mentem veram et genuinam Aristotelis et Doctoris Angelici. 3 vol. in-4 60
Jouin. — Compendium logicae et metaphysicae 6 60 — Elementa philosophiae moralis. 1 volum 8 —
Kachnik. — Historia philosophiae 2 50
Kleutgen. — Die Philosophie d. Vorzeit vertheidigt. Edit. II. Duo volum 21 — La Filosofia antica esposta e difesa. Versione dal tedesco '15 —
— La Philosophie scolaistique publiée en Allemagne et à Rome avec l'approbation de l'autorité ecclésiastique, traduite avec l'autorisation de l'auteur par le R. P. SIERP. 4 vol. in-8 20 —
Gonzalez. — Histoire de la Philosophie. 4 vol. in-8 24 — Philosophia elementaris ad usum academicæ, ac praesertim ecclesiastice iuuentutis. 3 vol. 20 —
Goudin. — Philosophie suivant les principes de S. Thomas. 20 —
Gouin. — Éléments de Philosophie chrétienne. 2 vol in-8 6 —
Grandclaude. — Breviarium Philosophiae scholasticae, 3 vol. 7 50
Grimmich. — Lehrbuch der theoretischen Philosophie Auf thomistischer Grundlage 9 —
Gutherford. — Der Mensch. Sein Ursprung u. seine Entwicklung. Eine Kritik d. mechanischmonist. Anthropologie 12 50 — Lehrbuch der Philosophie 23 —
Haas. — Ueber Hypnotismus u. Suggestion. Eine orientirende Studie 1 —
Hagemann. — Elementa d. Philosophie. Duo vol. in-8 6 —
Del composto umano 5 — Dell'anima umana. 1 vol. 5 —
Principii d. Economia politica. 1 vol. in-8 4 —
Compendium logicae et metaphysicae. 1 vol. in-8 4 —
— Compendium ethicae et iuris naturalis. 1 vol. in-8 2 —
Spicilegio. 2 vol. in-8 14 —
Limbourg. — Quaestiorum metaphysicarum libri quinque auditorum facultatis theologiae Oenipontanae usui accommodati 3 75
Lorenzelli. — Philosophiae Theoreticae Institutions.
Vol. I. Complectit Logican et Metaphysicam generalem.
Vol. II. Complectit Philosophiam naturalem, Biologiam, Psychologiam et Theologiam naturalem. Duo volum 12 —
Martini. — Lezioni di Filosofia. 1 vol. in-8 2 —
Mendive. — Institutiones Philosophiae Scholasticae ad mentem divi Thomae, ac Suaresii. 19 50
Müller. — Die Philosophie d. Schönen in Natur u. Kunst. 6 50
Pacetti. — Institutiones Philosophiae Moralis. 2 vol. in-8 4 —
Pactler. — Ratio studiorum et Institutiones scholasticae Societatis Iesu per Germaniam olim vigentes collectae, concinnatae. Tomus I. ab anno 1541 ad annum 1599 pag. 513 20 —
Tomus II. ab anno 1586 ad annum 1632 pag. 531 20 —
Piccarelli. — De Deo. Disputationes Metaphysicae 10 —
Pierlati. — La filosofia razionale e pratica, ovvero dei doveri naturali. 2 vol. in-8 4 —
Puccini. — Introduzione alla sociologia, 1 vol. in-8 2 —
Rambaut. — La Philosophie. 1 vol. in-8 6 —
Reeb. — Thesaurus Philosophorum. 1 vol. in-32 2 50 —
Rettier. — Manuel élémentaire de philosophie 3 —
Rittler. — Synopsis der Philosophie 2 50 —
Roux-Lavergne. — Compendium philosophiae 2 —
Satolli. — Enchiridion Philosophiae. 1 vol. in-8 4 —
Scavini. — Ethicae seu Philosophiae Moralis elementa ad usum scholarum Clericalium 3 —
Schiltz. — Summa Philosophiae ad mentem divi Thomae Aq.
Vol. I. Logica-Critica 3 25
Vol. II. Physica 2 50 —
Shoeckl. — Doctrina Philosophique de S. Thomas d'Aquin. 1 vol. in-12 3 50 —
Talamo. — L'inconscio dell' Hartmann e la scienza 50 —
Il rinnovamento del pensiero tostico e la scienza moderna. 1 vol. in-16 50 —
L'Aristotelismo della scolastica nell' insegnamento della filosofia. 1 vol. in-8 gr. 8 —
Tarino. — Compendio e quasi midolla di tutta la filosofia, cioè: logica, metafisica, etica e storia. 1 vol. in-8 5 —
Institutiones logicae, metaphysicae, ethicae atque iuris naturae. 1 vol. in-8 5 50 —
Urraburu. — Philosophiae Institutiones. 5 vol. in-8 gr.
I. Logica 12 —
II. Ontologia 12 —
III. Cosmologia 12 —
IV. Psychologia, pars I. 12 —
V. " , pars II. 12 —
Stöckl. — Geschichte der neueren Philosophie von Bacon u. Cartesius bis zur Gegenwart. 19 —
Lehrbuch der Philosophie 19 —
Grundriss der Geschichte der Philosophie. Ein Auszug aus dem Lehrbuch d. Gesch. d. Phil. 5 —
Vallet. — Praelectiones Philosophicae ad mentem S. Thomae 8 —
Histoire de la Philosophie 16 —
Le Kantisme et le positivisme. 1 vol. in-12 3 —
La tête et le cœur 3 —
L'idée du beau dans la philosophie de S. Thomas 3 —
Ventura. — Corso di filosofia cristiana. 5 vol. in-12 6 —
Zito. — Metafisica generale e filosofia prima e fondamentale 5 —

Hermeneutica et Scriptura Sacra.

- Agus.** — Epistola Beati Pauli apostoli ad Romanos analyticæ et logicae explicata. 12 —
A Lapide Cornelii. — Commentarii in scripturam sacram. 26 vol. in-4. Edit. Vivès 272 —
A Pironis. — Opera omnia 25 — Tom. I, II, III. Triplex exposition in Evangelia, per Analysem, Paraphrasim et Commentarium. 14 —
Tom. IV, V. Epistolaram B. P. Apost. triplex expositiō, Analysis, Paraphrasi et Commentario 10 —
Arclioni. — Gli atti apostolici. Omelie, 2 vol. in-8 4 —
Arnaud. — La Sainte Bible. Trad. et comment. 4 vol. in-8 15 —
— Le Pentateue, texte latin. Trad. et comment. 8 —
Arnaud. — Les Psauties, traduction et commentaires 3 —
Concordances des Évangiles 3 —
Bacuez. — Questions sur l'Écriture Sainte, 2 vol. in-8 8 —
Barbier. — I tesori di Cornelio A Lapide. 8 vol. in-16 12 —
Trésors de Cornelius A Lapide. 4 magna vol. in-8 34 —
Bardenhewer. — Des hl. Hippolitus von Rom. Commentar zum Buche Daniel 2 50 —
Polychronius, Bruder Theodors v. Mopsuestia u. Bischof v. Apamea. Beitrag zur Geschichte d. Egesē 2 —
Bechis. — Repertorium bibliicum. 2 vol. in-4 20 —
Bellarmino. — Explanatio in psalmos. 1 vol. in-4 11 —
Berthier. — Sententiae et exempla biblica 1 25 —
Biblia hebraica 9 —
Biblia Parvula. 5 vol. 40 —
Bible (la Sainte). — Trochon. — Introduction archéologique, géogr., etc. 2 vol. 24 50 — Tom. I. Inspir., Can. etc. 11 50
" II. Archéol., géogr. 13 —
Leblanc. — Langage Symbolique. 1 vol. 5 50 —
Crelier. — Introduction au Pentateue, Génèse 10 —
Exode et Levitique 10 50 —
Trochon. — Nombre et Deuteronome 9 —
Clair. — Josué 2 70 —
Juges et Ruth 3 60 —
Les Rois. Due vol. 22 —
Les paralipomènes 8 60 —
Esdras et Néhémias. 3 40 —
Bible (la Sainte). — Gillet. — Tobie, Judith et Esther 5 —
Lésêtre. — Le livre de Job 6 —
Les psauties 16 50 —
Les Proverbes 5 40 —
Motais. — L'Écclésiaste. Paginae 172 3 60 —
Le Hir. — Le Cantique des Cantiques 2 80 —
Lésêtre. — L'Écclésiastique. 6 —
La Sagesse 3 80 —
Trochon. — Introduction aux Prophètes 3 40 —
Isaie 6 —
Jérémie et Baruch 9 40 —
Ezéchiel 7 80 —
Daniel 6 —
Les petits Prophètes 11 50 —
Gillet. — Les Macabées. Paginae 312 6 80 —
Bible (la Sainte). — Fillion. — Introduction aux Évangiles 2 50 —
S. Mathieu 13 —
S. Marc 5 —
S. Luc 9 40 —
S. Jean 10 50 —
Synopsis Evangelica 3 60 —
Crelier. — Actes des apôtres 7 80 —
Drach. — S. Paul 17 10 —
Epîtres catholiques 5 50 —
L'Apocalypse 5 50 —
Oratio Manassé, Esdras. Paginae 8 1 —
Merz. — Table homélique ou Thesaurus biblicus 10 —
Tables générales Analytique, Chronologique, etc. 12 —
Ancessi. — Atlas géographique et archéologique de l'Ancien et du Nouveau Testament 9 —